

Doc. 16860319

1686, 19 de març. Xàtiva

AMX. Lg. 6059/10

El procurador de don Felip Bondia Tallada va reconèixer a Antoni Roca, capellà, Francesc Roca, Macià Roca i Bernarda Roca, fills de Melchior Roca, llaurador, que, en 1686, per mans de Josefa Roca, viuda de Bertomeu Micó, ciutadà, havia rebut 315 lliures, 10 sous, corresponents al censal que en 1594 havien carregat don Joan Maiques i donya Beatriu Anna Sanç, a don Jeroni Sanç de la Llosa, senyor de Guadassèquies, en qualitat de tutor de Jaume de Sant Ramon, fill de Jaume de Sant Ramon. En 1644, dit cens va ser adossat a favor d'Arcadi Tallada, òlim Bondia, el qual, per testament de 1664, va nomenar en hereu al seu fill, l'esmentat Felip Bondia i Tallada.

Quitament fermat per mossén Joan Prades, prevere, procurador de don Felip Bondia y Tallada, de València, a favor de mossén Anthony Roca y altres, de Xàtiva de 305 lliures, 10 sous, propietat de aquells 458 lliures, 3 sous, ut intus.

Die XVIII, mensis martii, anno a Nativitate Domini MDCLXXXVI.

Sit universis notum quod, ego, Joannes Prades, presbiter, civitatis Valentiae habitator, uti procurator don Philipi Bondia et Tallada, dictae civitatis Valentiae, -ut de meo pose constat instrumento recepto per Joannem Symiam, notarium valentinum, die vigesimo secundo aprilis, anni proxime preteriti millessimi sexcentessimi octuagessimi quinti- habens in eo plenum pose ad infrascripta faciendum dicto nomine, requisitus, etc., Scienter et gratis, cofiteor, et in veritate recognosco, vobis, Anthonio Roca, clerico, Francisco Roca, Mathie Roca et Bernarde Roca, filiis et heredibus Melchioris Roca, quondam, agricole, dicte et presentis civitatis Setabis habitatoribus, detentoribus specialis obligationis censualis infrascripti, absentibus, etc., et vestris, quod, per manus et ex pecuniis propriis Josephe Roca, vidue Bartholomei Mico, quondam, civis, istius iam dictae et presentis civitatis, dedistis et soluistis mihii, egoque dicto procuratoris nomine a vobis in viam solucionis et quitamenti censualis infrascripti, habui et recepi, mee omnimode voluntati, realiter numerando, ab una parte, tercentum quinque libras et decem solidos, monetae Valentiae, pretium et proprietatem illorum quadringentorum quinquaginta octo solidorum et trium denariorum dictae monetae Valentiae, venditorum et originaliter oneratorum per don Joannem Mayques et dompnam Beatricem Annam Sans, coniugnes, dicte et precentis civitatis Setabis, nobili don Hieronimo Sans de la Llosa, domino loci de Guadacequies, nomine tutoris et curatoris Jacobi de Sen Ramon, filii et heredis Jacobi de Sen Ramon, militis, eiusdem civitatis, et ad opus dictae cure et suis instrumento caricamento censualis, recepto per Hieronimum Oltra, quondam, notarium, die quinto, mensis martii, anni millessimi quingentessimi nonagessimi quarti.

Deinde, instrumento venditionis recepto per Josephum Tallada, quondam, notarium, die tercio novembris, anni millessimi sexcentessimi trigessimi tertii, Bartholomeus Roca et Anthonius Roca, agricole, istius iam dicte civitatis, vendiderunt Glaudio Gros, mercatori dictae civitatis, duodecim fanecatas terre in dicto instrumento contentas, cum oneres et adosationes supra dicti censualis quamquidem venditionem dicte terre fecerunt uti tutores et curatores filiorum et heredum Francisci Roca, etiam agricole, dictae civitatis Setabis.

Preterea, supra dicta terra dicto Gros vendita, pertinuit Antonio Roca et Melchiori Roca, agricolis dicte et precentis civitatis, ex vi cententiae agraduationis latte per curiam justicie in

civilibus et criminalibus dicte et presentis civitatis, die trigessimo aprilis, anni millesimi sexcentissimi quadragessimi quarti, in executione instata per dictos Anthonium et Melchiorem Roca, quondam, curatores decretatos hereditate jacenti et bonis vacantibus dicti Glaudi Gos. In quaquidem centencia agraduationis fuit adosatum supra dictum censuale favore Arcadi Tallada, olim Bondia.

Deinceps, cum delaracione facta et provisiva per curiam justitiae civilis Valentiae, die tertio augusti, anni millesimi sexcentissimi quadragessimi primi, omnia bona dompne Esperantiae Tallada, uxoris don Hieronimi Bondia, civitatis Valentiae, omnia bona dictae dompne Esperantiae,¹ ut est dictum, ex vi dicte declarationis, pertinuerum Arcadio Bondia, eius filio.

Demum dictus Arcadius Bondia et Tallada, generosus, civitatis Valentias, suo ultimo testamento recepto et respective puiblicato er Vincentium Jaudenes, notarium valentinum, sub diebus undecimo decembris anni millesimi sexcentesimo sexagessimi quarti, suum fecit et instituit heredem universalem dictum don Philipum Bondia, et de Tallada, eius filium et principalem meum, et, ab alia parte habui et recepi omnes pentiones et ratam in dicto censuale, usque in presentem diem debitis et decursa, et quia, etc. Renuncio, etc. Volens, etc. Restituens, etc. Cancellans, etc. Taliter, etc. Inponens, etc. Pro melius, etc. Protestor tamen quod non teneat nec teneri, volo de evictione aliqua nissi pro factis et contractibus meis propriis dicto procuratoris nomine. Pro quibus tantum, et obligo, etc.

Actum Xative, etc.

Testes, Vincentius Roca, agricola, et Hieronimus Bernabeu, scriptor, Xative habitatores.

Recepi ego, Ludovicus Colom. Et in fidem signavi.

¹ Repetit en l'original "omnia bona". Aquest document forma part de l'arxiu nobiliari dels Tallada, fragmentàriament conservat en l'AMX. Una part de dit arxiu nobiliari esta transcrita i publicada en el *Diplomatari* i el blog. A dit reptecte, vegeu les notes del Doc. 16860904. Post, del blog.